



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

in l. 2. quæst. 15. C. de seruitu. & aqua, iniquis, q̄ ex qualitate personæ, ad quam uerba referuntur, in dubio præsumitur, qualiter quis fuerit ex gratia uocatus, seu admittus, hoc est contra, uel præterius, an uerò de iure communi, ut uoluit Inno. quem allegat, & l. 1. C. si quis imper. maled. nam facta, dictaque ex personis p̄fanda sunt. l. qui iure. ff. de acquir. poss. c. cum aliis ibi per Bald. allegatis. Sed posito, & non concessio, q̄ esse in dubio, an illa uerba compromissi, in decidendo, & pronunciando de iure tantum, importent de iure communi, uel secundum quod arbitris uideretur, tamen ex quo ea fuerunt relata ad iuris, seu legum peritissimo, qui semper de iure consueti fuerit respondere, debent omnino intelligi, q̄ ipsi debeant iudicare secundum regulas iuris, & prout iudices facere tenentur ad l. nemo. C. de sentent. Et ex his in sententiam aliorum aduocatorum domini Ioannis ultra ea, quæ ab ipsis doctissimè dicta fuerunt, uenio, illamque approbo, & confirmo. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Sententia, siue laudum ex defectu postatis non ualens ut laudum, propter consensum, & ratificationem partium ualeat, ut pactum, si uel traditio, uel stipulatio interuenit, & nu. 17.
- 2 Et tanto magis si ratificatio duplex fuit. Quod tamen limitatur, nu. 20. & 30.
- 3 Pactum de uniuersali successione, seu de omnibus bonis presentibus, & futuris non potest fieri, sed de aliquibus rebus, uel bonis particularibus, seu de bonis omnibus presentibus ualeat, & nu. 7. & 27. ubi id declarat.
- 4 Promissio, seu donatio omnium bonorum post mortem promittentis, uel donantis facta ualeat, & de presentibus intelligitur, & de ea falcidia detrahi potest, & nu. 8. & 27. ubi hoc distinguendo declarat.
- 5 Idè de donatione, seu promissione hereditatis suæ post mortem collata, de qua potest trebellianica detrahi, & nu. 9. 10. & 27. Hereditas etiam per donationem causa mortis in totum, uel pro parte saltem per obliquum, & fideicommissum relinquere potest, & nu. 10. 11. & 27.
- 6 Iudex, & arbiter incidenter de aliqua causa, seu de non contento in compromisso possunt cognoscere, licet principaliter nõ possint. Et quando hoc sit uerum, nu. 31.
- 9 Promissio, uel donatio de omnibus bonis presentibus, & futuris post mortem facta ualeat, nec testandi facultatem aufert, & nu. me. 27. ubi id declarat.
- 10 Donatio causa mortis de parte hereditatis, ac etiam de tota hereditate ualeat, sed non donatio inter uiuos.
- 11 De donatione causa mortis potest trebellianica, siue falcidia detrahi, & nu. 27.
- 12 Pactum reciproce factum de succedendo inuicem in certis bonis, seu in dimidia bonorum quod ualeat, multi tenuerunt. Contra, nu. 33. Et quomodo hoc uerum sit, nu. 27. & 34.
- 13 Pactum de futura successione est contra bonos mores, & iuramento non firmatur, sed consensu illorum, de quorum successione agitur.
- 14 Conuentio, siue dispositio facta de succedendo alicui certo modo nõ ualeat, siue facta sit de omnibus bonis, siue de presentibus, & futuris, siue de tota hereditate, siue de quarta, siue de aliquis bonis certis, siue de presentibus tantum, & quare, nu. 32.
- 15 De alienis rebus posse disponere turpitudinem continere censetur.
- 16 Laudum factum ab arbitrio extra contenta in compromisso ipso iure non ualeat, & quoad ea ratificari non potest. Et ratificatio facta nihil operatur, & nu. 20.
- 17 Et an, & quando ualeat, ut pactum.
- 18 Dispositio, seu conuentio facta de bonis alienis per modum successione confirmatur consensu illius, de cuius bonis agitur, sed ille consensus est renouabilis, & nu. 25.
- 19 Compromissum factum in amicabiles compositores dicitur species transactionis.
- 20 Laudum extra contenta in compromisso latum super certo modo succedendi inter compromittentes non ualeat etiam simpliciter, & generaliter ratificatum, & emologatum.

- Quid si esset adiecta clausula, quod super omnibus laudatis esset retur factum compromissum, nu. 23.
- 21 Nullitas laudi ex defectu potestatis arbitrorum proueniens non comprehenditur sub statuto, nec sub conuentione compromissi prohibente dici de nullitate laudi.
 - 23 Testandi facultas libera etiam quoad unam, seu plures res particularitates auferrè non potest, quamuis hoc uellet ille, ad quem testandi facultas spectare.
 - 24 Verba generalia, seu clausula generales solum ad honesta, & permissa, & non ad ea, ex quibus absurdum, & inconueniens aliquid resuleat, referri debent.
 - 26 Pacto de successione uniuersali, uel particulari ille, de cuius successione agitur, potest quidem consentire, sed non ipse principaliter super ea pacisci, & conuenire.
 - 27 Dispositio, seu conuentio de futura successione reciproca, uel simplex quando ualeat, & quando non, usque ad nu. 30. & nu. 31.
 - 28 Successio per quæ uerba denotetur.
 - 29 Iason in consi. 173. lib. 4. declarat.
 - 31 Pactum de futura successione factum in consequentiam necessarii alterius contractus ualidum ualeat. Laudum quando in consequentiam, & incidenter super successione ferri possit.
 - 32 L. si. C. de pact. locum habet etiam in pacto facto de rebus particularibus, notabilis tamen quantitas.

E P I T O M E.

Laudum super diuisione bonorum inter aliquos faciendum latum, si etiam super modo inter eisdem succedendi extra contenta in compromisso latum fuerit, quoad modum succedendi non ualeat nec ut laudum, nec ut pactum, quamuis sit generaliter ratificatum, & emologatum, ac bona iuxta tenorem laudi diuisa, & tradita fuerint, immò etiam si id in compromisso contineretur, non ualere quoad successorem demonstratur, quando per uerba successorem demontantia factum esset.

C A S V S C O N S I L I

ACTVM fuit compromissum per uerba generalia super litibus, causis, questionibus, & differentijs inter Nicolaam, & Zannettum fratres uertentibus, & qua in futurum uerti possent, & in præteritum uerba fuerunt occasione diuisionis seu de super bonis omnibus mobilibus, & immobilibus dictorum fratrum omnibus melioribus medijs, & forma, quibus potuerunt in spectabilem uerum constantinum cum potestate laudandi, componendi, & terminandi de iure, & de facto in ampla forma. Quibus inter dictos fratres diuisione bonorum, prout in laudo, adiecit hæc uerba. Et tunc quello, che de beni sopra scritti si trouerà doppo la morte del detto Zannetto, sia di Nicoclo suo fratello, & delli suoi fratelli delli suoi heredi, et il simile sia della parte di Nicolaam, fo che lui morisse senza figliuoli, sia del detto Zannetto et quello, perche il detto Zannetto ha più auantaggio nella sua parte, s'intenda, quando Zannetto non habbia figliuoli legitimi, et naturali de legitimo matrimonio et legitimi, ut in laudo continetur. Quod laudum factum a dictis fratribus simpliciter, et generaliter, et omnimodum dicti fratres prius narratis litibus, et differentijs inter ipsos super diuisione suorum bonorum committitur, et super alijs uerbis, et narrato compromisso prædicto etiam narrato, quod laudatum fuerit super omnibus bonis, et differentijs, et maximè super diuisione inter ipsos fratres fienda, quia parum esset ferre sententias, et arbitria executioni mandarentur, idcirco uolentes adferre

ware dicta
re, uenerunt
quibus per
clausula a
clausula n
diuisiones
prout in se
nisiomni
tempora di
que herede
dispositio
ti legitime
reditorum
presati Ni
fuit super b
illorum fau
legum, & q
nis adhuc c
spaliter du
si de iure
lius herede
legati, an
Zannetti.

ware dictam sententiam, et illam executioni manda-
re, venerunt ad diuisionem bonorum eo modo, et forma,
quibus per dictum Constantium laudatum fuit, cum
clausula ad habendum, tenendum, utendum etc. et cu
clausula nullam reservationem in se facientes dicti
diuisores de dicta re, aut parte aliqua ipsius rei, nisi
prout in sententia etc. et latius, prout in instrumento di-
uisionis continetur. Qua diuisione facta post aliqua
tempora dicitur Zannetus testamentum condidit, sibi
que heredem instituit scholam, seu collegium quoddam
discipulorum, cuius nomine hereditas ipsius Zannet-
ti legitime adita fuit, et possessio omnium bonorum he-
reditariorum apprehensa. Deinde per filios, et heredes
presati Nicolai lis contra collegium predictum mota
fuit super bonis in laudo, et diuisione contentis, et ad
illorum fauorem tandem lata fuit sententia contra col-
legium, a qua collegium appellauit, et causa appellatio-
nis adhuc coram iudice ad quem pendet, coram quo prin-
cipaliter dubitatur, et queritur, an bona dicti Zannet-
ti de iure spectare debeant ad dictum Nicolaum, uel il-
lius heredes iure laudi, ut supra, approbati, et emol-
logati, an uero ad dictum collegium ex testamento
Zannetti.

CONSILIVM XXX.

NAMVIS super puncto in prenarrata facti
specie proposito plures clarissimi doctores
scripserint, quorum dictis nihil, aut pa-
rum addi potest tamen requisitus, ut super
hac dubitatione aliqua uelim adducere, cum non pos-
sim nisi eleganter dicta, & scripta in consiliis doctorum
excellentissimorum aduocatorum repetere, paucis
tamen contentus. Et ad rem ipsam deueniendo, uidetur
prima facie dicendum, bona Zannetti predicti ad di-
ctum Nicolaum, seu ad illius filios, & heredes specta-
re debere ex clausula dicto collegio, primo, quia id, quod
fuit per ipsum arbitrium in suo laudo ordinatum, ha-
betur pacti, & conuentionis inter ipsas partes pro-
pter duplicem ratificationem, & consensum illarum
subsequentium primo expresse ratificando laudum, &
secundo diuidendo bona iuxta modum, de quo in lau-
do, pro executione ipsius laudi nulla reservatione
facta, nisi prout in sententia, & laudo. Nam licet laudum in
illa parte, qua arbitrer reciprocam successione refer-
uauit, non ualeret, & esset ipso iure nullum ex eo, quod
esset laudum extra contenta in compromisso, & sic ad
eo, qui non habuit a partibus potestatem sic laudan-
di, iuxta l. non distinguemus. §. de officio. & §. si. ff. de
arbitr. cum sim. tamen ex quo fuit ratificatum, & ap-
probatum consensu ambarum partium, & traditio, &
assignatio bonorum hinc inde interuenit, ut in lau-
do, & diuisione facta continetur, illud debet ualere
non ut laudum, sed ut pactum rei traditione ueluti,
quod inter ipsas partes est seruandum, ut est tex. cum
ibi no. in l. 2. C. communia utriusque iud. cuius decisio
procedit ibi, quia traditio interuenit, alioquin secus
fuit, nam ad hoc, ut sententia, seu laudum, quod ip-
so iure non ualeat ex defectu potestatis, ualeat ut pa-
ctum propter consensum, seu ratificationem partium,
requiritur, quod uel traditio, uel stipulatio interueniat,
& sic pactum illud rei interuenit, uel uerbis uestitum
fuerit, ut dicit dominus meus Soc. in consi. 220. in 3.
col. uol. 2. & refert, ac sequitur Dec. in c. examinata.
de confirmatio. utili, uel inutili, & de rei traditione
probat expresse l. d. l. 2. Sed in casu nostro ultra co-

sentium, & ratificationem partium interuenit hinc in-
de traditio bonorum, secundum quod in laudo con-
tinebatur, ergo id, quod in laudo continetur, debet
ut pactum inter partes ualere, & seruandum est d. l. 2.
2. Et tanto magis hoc dicendum est in casu nostro,
quia ultra interuentum traditionis, per quam pactum,
& conuentio ex ratificatione partium resultans uesti-
ri debet, ut supra, interuenit etiam geminatus consensus,
seu geminata ratificatio diuerso tempore facta. Prima
dum laudum incontinenti fuit a partibus approba-
tum, secunda quando pro executione laudi diuisio
realis inter ipsas partes facta fuit, ut in instrumeto di-
uisionis apparet, quod duplex ratificatio plus, quam sim-
plex operari debet auct. siue a me, & in l. si mulier. C.
ad uelleian. ad not. per Fely. in c. si cautio. de fide in-
strum. cum si. Et quamuis pactum, & conuentio de
uniuersali successione, seu de omnibus bonis presen-
tibus, & futuris fieri non possint. l. stipulatio. hoc mo-
do. ff. de uerb. oblig. l. hereditas. C. de pactis. conuen-
l. pactum. quod dotali. l. licet. & l. si. C. de pact. & l. pa-
ctum quod. C. de collatio. cum sim. tamen pactum de
aliquibus rebus, seu bonis particularibus, uel de bonis
omnibus presentibus ualeat & tenet, ut uolunt docto-
res ferre omnes Bar. & alii, dum tractant de pacto futu-
re successione acquirenda in d. l. si. & in d. l. stipula-
tio hoc modo. quoniam tunc cessat ratio d. l. si. & d. l.
stipulatio hoc modo, & aliorum iurium similia. Pra-
terea ualeat promissio omnium bonorum facta post
mortem promittentis, quia intelligitur de presentibus,
& cum fuerit facta mentio de morte, censetur pro
missio, seu donatio causa mortis de qua falcidia de-
trahi potest. l. si mortis. & l. in donationibus. C. ad le-
gem falcid. Quo fit, ut ille, qui sic promissit, aut dona-
uit, habeat aliquid, de quo possit testari, ut per Bar. in
d. l. si. & docto. in locis allegatis. Ex quibus inferri pos-
set, quod si quis post mortem suam donasset etiam ha-
reditatem suam, conferendo obligationem post mor-
tem, talis promissio ualeret tanquam donatio causa
mortis, quia licet hic non sit modus dandi heredita-
tem directam, sicut nec per codicillos Instit. de codicil-
lis. l. hereditatem. cum glo. C. cod. tit. l. scaxuola. ff. ad
trebellian. in c. l. eum donationis. C. de transactio. &
l. hereditas. C. de pactis. conuen. cum si. tamen dice-
re esse modum dandi successione, & hereditatem per
obliquum, & fideicommissum. Vnde de tali donatio-
ne causa mortis, per quam uniuersalis successio trans-
fertur, ita detrahatur trebellianica, sicut ex aliis fidei-
commissis uniuersalibus, ut not. uoluit Bald. in l. exe-
quutore. in 3. col. C. de executio. rei iudica. quod
quidem esse non posset, nisi hereditas in totum, uel
pro parte per donationem causa mortis saltem pro ob-
liquum relinqui posset, arg. l. mulier. in si. ff. ad trebel-
lianum. Et haec fuit sententia D. Ioannis de Petrucciis Pe-
rusini doctoris egregij in l. licet. & in d. l. si. C. de pa-
ctis, qui concludit, per huiusmodi promissionem, & dona-
tionem factam post mortem, & sic causa mortis, per quam
uniuersalis bonorum successio transfertur, non tolli
liberam testandi facultatem, quia de trebellianica ex
illa detrahenda promittens, seu donans testari poterit,
sicut dicit Bar. in d. l. si. quando de donatione cau-
sa mortis facta de bonis particularibus falcidia detra-
hitur, ueluti supra dictum est. ¶ Secundo principaliter
considerandum est, quod sicut iudex, qui principaliter de
aliqua causa non potest cognoscere, incidenter tamen
de ea cognoscit. l. quoties. C. de iudiciis cum si. ita ar-
biter, qui non potest fines compromissi excedere d. l. non
distinguemus. §. de off. & §. si. licet non possit princi-
paliter cognoscere de eo, quod non fuit compromissum,
seu de aliqua causa, ut de causa status, incidet tamen poterit co-
gnoscere, & terminare, ut e casus l. i. cum proponas. C. de

uaret, si uero non perseverat, non ualeat. Noto. n. illa uerba Bar. dum dicit circa res hereditarias. Præterea huiusmodi dispositio ita uidetur sapere uotum captandæ mortis ueluti si ferret de hereditate seu eius quota. d. l. h. Karus uidetur dependere ab arbitrio alieno, & à dispositione tertii, cuius non intereat, & t. deo turpi tudinem continere censetur, ut quis de alienis rebus disponere possit. d. l. si. i. fi. & arg. l. illa institutio. ff. de hered. inst. & l. hereditas. C. de pactis conuen. Præsuppono et, q. si arbitrer aliquid laudauerit ultra ea, que in compromisso continentur, laudum quoad illa iure non ualeat. d. l. non distinguemus. S. de offic. & si. adeo q. laudum quoad illa non potest ratificari, & ratificatio facta non operatur, ut pulcherrime uoluit Ang. t. terminis proprie nostris in c. 66. Comes Robertus & c. Dec. c. 3. s. in 6. col. in c. 499. & in c. 511. 43. in 2. col. & quia hoc est in se clarissimum, aliter non inuito, præterim cum super hoc alij consulerent multum laborauerint. Aliqui tamen dicerent forte hoc procedere quoad effectum, ut ualeret, ut laudum, sed t. quoad effectum, ut ualeret, ut simplex pactum, forte tunc laudum nullum ex causa prædicta, si esset ratificatum à partibus, & rei traditio sequuta, ualeret, ut pactum per tex. in l. 2. C. de munita utriusq. iudi. ubi de hoc est casus clarus, & factum, qd. uoluit Barto. in l. si expressim. in 2. col. ff. de appella. & Roma. in rub. de arbit. in col. 13. alias 17. & supra in principio dictum fuit. An autem in casu nro laudum fuerit ratificatum, & approbatum, statim dicitur. Vltimo præsuppono, q. quando dispositioni. de consensu, ut in terminis nostris habetur, ille, de cuius bonis agebatur, consentit, quamuis dictum positio, & conuentio confirmetur, ut est tex. in d. l. si. tamen ille consensus est reuocabilis, & censetur per actum contrarium reuocari, puta si quis uita, uel in morte de bonis illis disposuisset. d. l. h. ab. & in d. l. stipulatio. hoc modo docto. omnes hoc uolunt. ¶ His præsuppositis, modo q. non sit standum iis, que in laudo continentur super modo succedendi in bonis in diuisione assignatis, & prout dispositum fuit in laudo, quod d. à partibus ratificatum, ostendo multipliciter, & primo, nã si præsupponimus laudum huiusmodi non fuisse in hac parte ratificatum, nec approbatum, potest nonnulli dubium, q. laudum fuit nullum, & ex eo bona non potuerunt, nec possunt deberi eo modo quo in eo fuit dispositum, nec heredes, seu filij Nicolai uigore illius possunt dicta bona obtinere, quoniam illud laudum fuit nullum tanquam latum extra ea, que in compromisso continebantur, ut supra dictum fuit. Item laudum debuit ferri super litibus, & differentiis uertentibus, & que uerti poterant inter ipsos fratres, ut in compromisso habetur, de successione autem eo modo, de quo in laudo, nulla spes erat futuræ litis, nec his aliqua poterat considerari, ergo laudum fuit nullum, quinimmo ratificatio non ualuit secundum Ang. in d. consil. 66. & ad hoc propositum alij quoq. ad uocata plura ponunt, nã partes non possunt fingere litem ad effectum, ut possit transigi, uel compromissum fieri, ut in amicabiles compositores, t. qd. d. esse species transactionis ad tradita p. Ant. Abb. Imo. & alios in c. quinta uallis de iure iuran. tanto magis ergo in casu nostro laudum debet dici nullum, ex quo fuit latum extra compromissum, & non fuit ratificatum, & ideo ut laudum ualere non debet, nec est ut pactum, & hoc nempe negabit, si uerum est, q. non fuerit ratificatum, nec approbatum, uidelicet in illa parte, in qua modus succedendi in dictis bonis ponitur. Quod autem non fuerit ratificatum, nec approbatum, probat in terminis ex iis, que uoluit Ant. de Barr. in consil. 76. & 77. qui in fortiori terminis concludit, t. quod laudum, per qd. fuit iudicatum debere egero modo succedi inter compro-

mittentes, non ualeat, & nullum est, & consequenter non debet habere effectum quoad modum succedendi, qui uis fuerit simpliciter, & generaliter ratificatum, & emologatum, nam talis ratificatio generalis non extenditur ad laudata super modo succedendi, sed solum ad alia, quoniam ratificatio, & uerba generalia compromissi non extenduntur ad turpia, nec ad ea, que sunt contra bonos mores, hoc est ad hereditatem, & successione uiuentis iuxta. d. l. si. C. de pactis. Nec t. obstat statutum prohibens dicere de nullitate laudi, quia non debet intelligi, in quantum laudum esset nullum ex eo, qd. extra contenta in compromisso laudatum fuerit per plura iura, que Anto. ibi allegat. Nec obstat, in compromisso fuisse conuentum, q. partes non possint de nullitate laudi dicere, quia non debet intelligi, nec referri ad nullitatem ex defectu potestatis arbitrorum maxime, qm nullitas ex defectu consensu compromittentium causatur. ¶ Non obstat et, q. t. partes uoluerint compromissum super omnibus laudatis debere censeri factum, quia fictio, seu pactio illa contrahentium non debet ad turpia, & in honesta extendi, ut arbitri poterint super modo succedendi in bonis laudare, & si fictio, seu pactio illa aliquid operari debet, operabitur super iis, super quibus partes compromittere poterint, hoc est super honestis, & à iure approbatis, non autem super turpibus, & inhonestis, & reprobatis à iure, uidelicet super modo succedendi iuxta. d. l. si. cum similibus: idem uoluit et Ant. in d. consil. 77. & bene faciunt ea, que habentur per Abb. & Decium in d. c. examinata. de consir. utili, uel inutili. Quibus in indiuiduo conueniant et illa, que uoluit Ange. optimus practicus in d. consil. 66. in uersu. Videndum est & c. ubi compromissum erat factum cum clausula illa, q. de omnibus, super quibus fuerat laudatum, censetur compromissum, & postea fuit laudatum super modo succedendi, seu disponendi non super tota hereditate, sed solum super certis bonis, & super aliis, & sequuta fuit generalis ratificatio, & t. concludit, laudum, & emologationem non ualere, quia propter spem futuræ successione continet uotum captandæ mortis, & sic est contra bonos mores, & reprobatur à iure. d. l. si. & d. l. stipulatio. hoc modo, & propterea emologatio solum ualeat, & refertur ad alia in laudo contenta, que sunt honesta, & à iure permilla, t. nã etiam quoad unam rem, seu plures res particulares non potest libera facultas testandi auferri, et si hoc uellet, & consentiret ille, ad quem facultas testandi spectaret. l. si quis. in principio in prin. & ibi no. ff. de leg. 3. & est casus in d. l. si. C. de pact. cum sim. ubi licet quis pacto inter aliquos facto de successione suæ hereditatis, uel reru suaru consentiat, tamen potest quandoeunque trauenire, quia talis consensus est reuocabilis, ut ibi per Ang. & ideo quamuis in casu nostro laudum fuerit ratificatum, tamẽ ex quo ratificatio fuit generalis, & potest referri ad alia in laudo comprehensa, que sunt honesta, & licita, ut super diuisione bonorum, super qua compromissum principaliter factum fuit, non debet referri ad ea, que sunt turpia, & contra bonos mores per predicta, & plura alia, que in simili possent pro corroboracione adduci, quia t. uerba generalia, seu clausula generales debent referri solum ad honesta, & permilla, & non ad ea, ex quibus absurdum, & inconueniens aliquid resultaret ad tradita per Barto. & alios in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. Abb. in c. ecclesia. de elec. 16. notab. & in c. secundo requiris. de appell. cle. ne in agro iuncta gl. de statu regula. in §. ceterum. in uer. & si, ac et in uersu. consuetudine. Præterea et si laudum in casu nostro fuisset in hac parte expressè ratificatum, & sic saltem ualisset, ut pactum iuxta d. l. 2. comu. utriusque iudic. tamen t. ex quo iuste consensus partium super modo succedendi etiam in certis rebus interuenisset,




fuit usque ad extremum uite spatium reuocabilis, ut in d. l. si in uerbi. nisi ipse &c. Sed in casu nostro constat de reuocatione, & contraria mente Zanetti, qui de bonis suis, q̄ est ex diuisione ad eū puenit, disposuit, ergo &c. Rursus ex quo laudū quoad hunc effectū fuit in se nullū, ut supra, & si ualeat, debet intelligi ualere, ut pactū propter ratificationē, & emologationem factā, & diuisionē realē pro exequutione laudi subsecutam, ut in instrumento diuisionis cōtinetur, ideo

26 ¶ quāuis ille, de cuius successione uniuersali, uel particulari conuentum, aut pactū fuit, possit ei conuentioni, & pacto suum consensum accommodare, ut in d. l. si in uerbi. nisi ipse &c. non tamē pōt ipse principaliter su per hoc conuenire, & pasci, ut ibi uoluit gl. quā totus mundus sequitur in uer. accommodauerit per l. cū donationis. C. de transactio. l. inter priuatos. l. pactū. C. de collatio. & l. hereditas. C. de pactis cōuent. Sed in casu nostrum laudū quoad hoc non potest ualere ut laudū, sed solum id, quod in illo continetur, potest ualere ut pactū inter ipsas partes, hoc est inter Nicolaum, & Zannetrum factum, ergo &c. ¶ Secundo principaliter considerandum est id, quod omnes alii aduocati considerauerunt, & rectē, ¶ nam quandoque fit dispositio, seu conuentio inter partes, q̄ uicissitudinariē, seu ab una parte tantum bona omnia, uel pars illorum debeantur post mortem ex obligatione oriente ex ipsa conuentione, & tunc promissio etiam facta de omnibus bonis presentibus, & futuris ualeat, ut in l. i. C. ut actio. ab her. & p̄ h̄d. Et quis Curtius iuni. in consi. suo. 13. uelit, quōd hoc in casu talis promissio, seu donatio ualeat, ut promissio bonorū facta post mortem, quando est facta solum de bonis presentibus alioquin diceretur saltem per indirectū tollere liberam testandi facultatem, tamen ex quo, ut supra dixi, talis promissio censetur esse, & est donatio causa mortis, arbitror illā ualere etiam de omnibus bonis presentibus, & futuris, immō de ipsa hereditate non iure directo, sed obliquo, & ex ea esse detrahēda trebellianica, si uerō esset facta de bonis particularibus, & esset nimis immensa adeo, q̄ dodrantē excederet, falcidia esset detrahenda ab herede, qui ex testamento, uel ab intestato ueniret per no. per Bal. in d. l. exequutorem. in 3. col. C. de exequut. rei iudic. & per l. & si mortis. cum similib. C. ad legem falcid. & fuit opinio domini Ioānis Petrucci de Perusio in d. l. licet. & in d. l. si. C. de pactis. Et secundū hunc primum casum pcedant ea, quae habentur in d. l. si. & in d. l. stipulatio. hoc modo, & omnia, quae pro contraria parte supra fuerunt allegata, & talis promissio, seu obligatio solum post mortem promittentis effectū in persona heredis habere incipit: & hic nō est casus noster. ¶ Quādoque uerō non obligatio, quae ex promissione oritur, confertur post mortem, sed sola obuentio, seu puentio bonorum, & tunc haec uidetur esse quaedam successio, quod quidem cognoscitur, quando uerba exequutiua promissionis, & obligationis, ut est uerbum dare, seu tradere, iuxta. l. ita stipulatus. ff. de uisuris. & l. ubi autem. non apparet in fi. & per totam. l. ff. de uerbo. obligat. non proferuntur, nec conferuntur post mortem, sed alia uerba potius successione denotantia post mortem conferuntur, qualia sunt uerba merē directa ciuilia, seu directa nō ciuilia, aut uerba cōia, ut promitto hereditatem, uel q̄ sis heres meus, bona perueniant, spectent, deuoluantur, & similia, p̄ ut h̄ in l. centurio. circa finem per Bar. ff. de uulga. & pupil. & per Ioan. And. & moder. in c. si pater. de testa. in 6. & prout etiam loquitur text. in d. l. pactum. qd̄, in d. l. licet. inter priuatos. in l. fin. C. de pactis. & in l. pactum. quod dotali. C. de collatio. in d. l. hereditas. C. de pactis. conuen. & in l. ex eo instrumento. C. de

inutil. stipula. item ut sunt illa uerba post mortē, uel si decesserit sine liberis, bona sua sunt, seu esse debent Titii &c. nā haec sunt uerba, quibus obuentio bonorum post mortem confertur, nō aut sunt uerba exequutiua promissionis, seu obligationis adimplendae, ut in terminis uoluit Barto. in consi. suo. 212. incip. p̄mitto tibi, & tu mihi. Et in hoc casu pactū, seu promissio facta per haec uerba d̄ continere successione, & non ualeat, & est nullius momenti tanquā p̄tra bonos mores, & continens uotum captanda mortis, & turpitudinem: ac est quia successio pacto non dat iuribus se pra proxime allegatis, & quia uerba p̄ctus ad ius testid̄ nō pertinet. l. uerba. ff. de uerb. sign. & hic est. p̄cipri casus noster, in quo dictum fuit, q̄ omne id, q̄ reperietur post mortem dicti Zanetti de bonis supra scriptis, sit Nicolai eius fratris, si ipse Zannetrus decesserit sine filiis legitimis &c. nā haec uerba sui natura nō sunt exequutiua obligationis, seu p̄missionis, sed potius designant obuentioem bonorū, & successione nē quandā ad tradita in terminis per Bart. in d. consi. 212. & probatur in c. in praesentia. de probat. & in iuribus, in quibus fit mentio de hac cōdōne, si decesserit sine liberis, quae solet communiter apponi in lib. institutionibus, & aliis dispositionibus testamentariis, iuribus uulgaribus, quae aliter non allego. Dicendum est ergo, q̄ in casu nostro nec laudum, nec ratificatio ualeant, quia potius continent successione, quam obligationē. Et hanc distinctionē in terminis sententiū glossa cōiter, uidelicet in d. l. hereditas. in uer. nullus, quae facit differentiam, an mulier per stipulationē p̄mittat post mortem suam bona alicui, & tunc promissio ualeat per l. i. C. de act. ab hered. & cōtra hered. an uerō fiat promissio, q̄ bona fiant alicuius directo, uel iure fidei cōmissi, seu aliter fiat alterius, & tunc non ualeat per d. l. hereditas. & d. l. licet. inter priuatos. cū similibus: idē uoluit glo. in d. l. si. C. de pactis. in uer. accommodauerit in fi. uer. per d. l. i. iuncta gl. in d. l. ex eo instrumento. nam dicit glo. in d. l. fin. q̄ ualeat stipulatio. si p̄mitto tibi bona mea post mortē meā per d. l. i. glo. autem in d. l. ex eo instrumento dicit. q̄ cum patitur, ut succedam, uel ut non succedam, uel certo modo succedam, non ualeat pactū, seu stipulatio, nec ex tali promissione aliqua oritur actio, ut ibi, & d. l. pactum. d. l. licet. d. l. si. & d. l. pactū. hoc idē uoluit Barto. in d. l. si. in l. eccl̄. in uer. tertio quaro, & in 2. l. cū uer. dem, & clarius in d. consi. 212. idem sequitur etiam d. ci. in terminis in l. pactū. C. de collat. & in col. 2. 2. in consi. 236. & Alex. in consi. 28. col. 2. in uer. ita et tenet Bart. in 3. vol. sequendo, id, quod uoluit Barto. in d. l. si. in uer. tertio quaro, & multum egregie hoc sequitur, & disputat do. Francisc. Curtius in uer. in consi. 15. in quo pertransit cum distinctione Barto. in d. consi. 212. quae est communis, & respondet ferē omnibus argumentis do. la. in d. suo consi. 173. lib. 4. q̄ simpliciter contrarium uoluisse uidetur. ¶ Sed latari potest, prout in terminis loquitur secundū praedictam distinctionem, q̄ loquatur, quando fuit facta promissio, seu donatio bonorum post mortem cōtinendo obligationem, adeo, q̄ dicatur donatio causa mortis, uel inter uiuos, nos autē loquimur in alio casu, uidelicet quādo post mortem confertur obuentio bonorū per uerba magis successione, quam obligationem importantia, ut dictum fuit, uel potest etiam aliter responderi, ut statim dicam. ¶ Tenendo itaque praedictam conclusionem ad fauorem dicti collegii, non obstat id, quod in primis dicebatur, q̄ laudū praedictum si non ualeat, ut laudum, salte ualeat, ut pactum traditione rei uestitum, argumento d. l. 2. C. de communia utriusque iudic. cum similib. supra deductis. Quia ex praedictis multiplex responsio colligi potest

Prima. q̄ t̄ approbatio de successione luit Anto. in respondem garur) rame seu pactū p̄ ualeat cum e factō de fut ptande mor q̄n pactum p̄ uer. accomm sus ratificati fu nostro di nem accom scrib. & latu cipale funda ruit in ciden & ultra con mili. uoluit potest t̄ illa futura succ cessaria, uel ualeret, ut a ius allegat uti. stipul. ff. de here. seu testam q̄llo suo p̄ pil. subtit. bonorum. cōsequenti per modo o mulari pot esse debeat Ange. in d. faciunt ca. fin. C. de pa quentiam, ruz p̄tus uer. q̄n nullus con esset super promittent obstat tert hered. cū re teu. loq̄ promissio seu pacifici dibus inci quimur, q̄ ne bonorū successione supra dictū laudum nō sed solū su laru. quia xime Zan buit alia b dum debeat successione l. tina. §. in & in l. i. & tur. q̄ t̄ etiam si si do sunt ne tur supra, r ea. item q̄ ceretur, t̄ induct uo Prima



Prima, q̄ n̄ p̄t ualere, ut pactū, quia ratificatio, & approbatio, quæ fuit ḡnalis, non extenditur ad id, qđ de successione bonorum fuit laudatū per ea, quæ uoluit Anto. in d. consil. 76. & supra latius dixi. Secundo respondetur, quod & si ualere ut pactum, (quod negatur) tamen dico illud pactum esse nullum, si de per se ut pactū principaliter consideratur, quoniam si nō ualeat cum effectu, quando consensus accedit pacto factō de futura successione, seu per quod uorum captanda mortis inducitur, ut in d. l. fin. minus ualebit, qđ pactum principaliter per se fieret, ut dicit gl. ibi in uer. accommodauerit. Præterea huiusmodi consensus ratificationis, qui ut pactū cōsideratur d. l. 2. in casu nostro dicit esse reuocabilis per d̄riam dispositionem accommodantis consensus, ut in d. l. si. & ibi oēs scribō. & latius supra dictum fuit. ¶ Nō obstat s̄m principale fundamentū, qđ saltē arbiſer in casu nostro potest illud esse uerum, qđ pactum, seu laudum de futura successione uentis esset tanquā sequela necessaria, uel accessorium alterius d̄ctus ualidi, tunc n. taliter, ut ex tex. in l. si quis seruum. ff. de act. empt. cū alius allegatis per gl. in d. l. ex eo instrumēto. C. de inutil. stipul. quæ hoc dicit, uend. ut est hereditas pupillaris, ff. de here. uel actio. uend. ut est hereditas pupillaris, seu testamentū pupillare respectu testamenti patris, qđ filio suo pupillariter substituit. S. liberis inlit. de pupill. substit. Sed qđ fuit cōpromissum super diuisione bonorum, & super litibus quibuscunq; non uenit in cōsequentiā necessariā, nec accessorie, qđ laudetur super modo succedendi super quo lis nulla fingi, aut simulari potest, cum nemo de bonis uentis sollicitus esse debeat iuribus uulgaribus, & plenē habetur per Ange. in d. consil. 66. & per Anto. in d. consil. 76. & bene faciunt ea, quæ ponit Bar. in d. l. fin. in 1. lectura circa fin. C. de pactis, qui aliter considerat necessariā consequentiam, & qđ pactum teneat in consequentiā alterius d̄ctus ualidi ad hoc, ut pactum de succedendo ualeat, quā sumi possit in casu nostro, in quo nulla lis, & nullus contractus præcessit, in cuius consequentiam esset super successione bonorū inter ipsos fratres cōpromittentes laudandū, ut supra, & de se patet. ¶ Nō obstat tertio d. l. unica. C. ut actio ab hered. & contra hered. cū nota. per gl. in d. l. h̄rēditas. & in d. l. si. quia ille res. loquit in casu, quo facta fuisset dispositio, seu promissio, cuius obligatio post mortē promittentis, seu paciscentis collata fuisse ita, qđ obligatio ab heredibus inciperet, & hic nō est casus noster, quia nos loquimur, qđ conuentio, seu dispositio super successione bonorū esset facta per uerba, quæ sui natura potius successione, quā actū inter uiuos denotant, ut latius supra dictū fuit. ¶ Non obstat quartū fundamentū, laudum non fuisse latū super successione uniuersali, sed solum super successione quorundā bonorū particulariū, quia t̄ndetur primo, qđ ipsi contrahentes, & maxime Zannettus tēpore laudi, ac tē mortis suæ nō habuit alia bona, quā illa, de quibus in laudo, ergo laudum debet cēferri latū super oibus bonis, & sic super successione uniuersali, arg. eorū, quæ h̄r per Bart. in l. titia. S. imperator. ff. de leg. 2. in penul. col. uerū. q̄ro. & in l. 1. & in 2. C. de inoffic. donat. Secūdo respondetur, qđ dispositio d. l. fin. C. de pactis locum habet, etiam si fiat pactum de rebus particularibus, dummodo sint notabilis quantitatis, ut in illo tex. ponderato iur. supra, nā hoc casu t̄ndetur ratio ibi. in fin. uer. postea, item quia licet libera testandi facultas tolli non diceretur, tamen alia quoq; ratio militat, quia sic posset induci uotū captandæ mortis. d. l. si. & ita t̄ndetur do-

cto. in d. l. stipulatio hoc modo maximē Alex. I 6. col. post Pet. de Ancha. & Imol. in rub. extra de test. in fin. Præterea in casu nostro non p̄t dici aliquod pactum interuenisse ex ratificatione ḡraliter facta, qm̄ cū laudum non ualuerit ex defectu potestatis, seu notione arbitrorum, qui non potuerunt extra contenta in cōpromisso laudare, nō potuit etiam ualere ratificatio, & consensus partium postea adhibitus non obstantibus quibuscunq; clauſulis, & uerbis prægnantibus in compromisso appositis per ea, quæ uoluit Anto. in dictis suis consil. Ange. in d. consil. 66. & Abb. & Decius post alios, quos allegat in d. c. examinata. de confir. utili, uel inutili. Ladum igitur ipſo iure non ualebit, & consequenter nec consensus, seu ratificatio partium, & ideo nō potest dici aliquod pactū super successione bonorū factū fuisse, quia sine consensu pactū, & conuentio esse non potest. l. 1. ff. de pactis. Adde, qđ ut dictum est supra, ratificatio, & consensus generalis non debet referri ad modū succedendi, de quo in laudo, sed ad alia. ¶ Non obstat quinto loco, dū dicebatur, doct. cōiter uideri tenere secūdū las. in d. consil. 273. qđ pactum futuræ successione reciprocum de iure ualeat per plura & ab ipsis, & à me supra allegata, quæ respondetur t̄ hoc falsum esse, nam contrarium probatur in d. l. licet inter priuatos, ubi arguendo à speciali fauore militis, & p̄e causæ, prout doct. ibi illum tex. extendunt, infertur, qđ ius cōe est in contrarium. l. ius singulare. ff. de legibus, ibi enim tex. uult pactum reciproci de succedendo fauore militū ualere, ergo contrarium est regulariter, ueluti clarē. tex. ille inter priuatos præsupponit: & in terminis hoc uoluit Bart. in d. consil. 212. Præterea t̄ pactum reciprocum, seu simplex de futura successione ualeat, qđ sapit naturam cōtractus, ut qđ promissionis effectus, hoc est obligatio post mortē confertur, & ita propriē loquuntur doct. supra relati in quinto fundamento partis aduersæ, nā hoc modo expressē loquitur Oldr. in d. consil. 139. Io. Andr. in add. ad specu. Ioan. de Imol. & Roma. in l. acquilius. ff. de donat. & Alex. in multis consil. supra allegatis, & las. t̄ in d. consil. 177. ut patet ex allegatis p̄ eum, quæ in hoc casu loquuntur. Nos uerō loquimur, qđ promissio, & dispositio de succedendo potius successione quam dā, quam contractū saperet, ueluti supra fuit plenē declaratum. ¶ Ultimo fundamento apparet responsum ex prædictis, ac etiam ex iis, quæ ponit Curtius iunior in d. cōf. 15. ex cuius uerbis oia ferē in contrariū facientia tolli v̄nt. Et cū alij aduocati plurima ad propositū huius cōsultationis optimē, & pulcherrimē deduxerint, ulterius nō insisto. Laus Deo.

- S. V. M. M. A. E.
- 1 *Conditio potestatiua debet adimpleri, cum primum potuit, & non adimpleri, cū primum potuit, censeatur in mora constitutus ita, ut illa postea purgare nequeat. & quomodo hoc procedat. num. 15.*
 - 2 *Solutio facta simpliciter, & nulla causa expressa censeatur facta ex causa debiti præambuli, & in diuorem causam.*
 - 3 *Affictus, qui ex causa locationis facti ad affictum francandum soluntur, succedunt loco usurarum.*
 - 4 *Laudum sub pluribus conditionibus ferri potest.*
 - 5 *Dispositio si fuit concepta sub pluribus conditionibus uoluntariis copulatiuē non per se principaliter, sed respectuē ad aliud positis, concursus omnium, & non aliquarum tantum requiritur.*
 - 6 *Verba ablatiui absoluti, & uerba illa nec aliter, nec alio modo important conditionē, & restringunt actū ad casum expressum.*
 - 7 *Debita hereditaria non dicuntur contracta ab aliquibus heredibus simul uicibus, sed cōtracta à defuncto, cuius sunt heredes.*
 - 8 *Conditio de, uel sub certa quantitate cōcepta non p̄t pro parte illius quantitatis adimpleri, nisi quoad totam quantitatem expressam adimpleatur.*
 - 9 *Conditio reiterabilis pluribus personis apposita dēt ab oibus in totum*